



**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1634

14. Qui maximè inter veteres imitandi, obiter notati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](#)

nor, tamen adeo omnium mentibus inoleuit, vt difficile negotio diuelli possit.

Quficitivum suis grunnitum simulabat Parmenio, Græci olim theatri amores, & deliciae, tantam sibi apud omnium animos conciliarat dexteritatis opinionem, vt ipsi pororum grunnius editi, nihil ad *Parmenon* suum esse dicerentur: simili ratione nouorum industria, licet re ipsa excellentissima, famæ & iudiciorum malignitate, saepius obruitur.

Veteres non An etiam extant legitimæ caussæ, cur nouis sentimus opere veteres præferantur, neq; illud in sola opinione nostræ nis temeritate situm est, atque collocatum? **antecellūt.** Primum illigquo à fonte proprius absuerunt, **Cur veteres** magis sinceros riuiulos videntur exhaustisse, nūiū praestantiores. qui deinde per varia ingenia, eaque, vt fert humana imbecillitas, diuersis virtutis oblitera, sive integratibus plurimum amiserunt. Deinde quod ad eloquentiam rationem maximè attinet, antiqui ferè omnes molesta peregrinatur in lingua- rum disciplina exsoluti, toti in suam incubuerunt; ex quo contingit, vt naturæ præsidij instruēti, mox arte, & continua exercitatione corroborati, incredibiles facerent progressus. At nos in linguis à pueri triti, & quā in necessitatibus pistrinum amandati, tarde admodum sapere incipimus. Quid, quod illi, quin in unoquoque genere excellentes fuerunt, in ynam, quam ipsi delegerunt facultatem, toto animi impetu se coniecerunt: nos lenocinante curiositatibus malo volitamus per omnia, & passim. **Ceruus insequitur** (vt ait ille) *τισταγη λινος*, nihil dum mente cōcipientes, in quod defixa nostra conquiescat industria. Postremò, quæ antiqui oratores scriperunt, ea magno labore, multorum annorum curriculo, ingenii studio laborarunt, quod se æternitati pingere arogarentur. Nos: informes plerunque fecus, & cruda adhuc studia, in lucem hominum pro pellimus, quo sit, vt ad veterum decus tardus accedat.

Neque vero hoc à me ita dictum velim, vt omnes continuò nouos authores repudiando- putem. Sunt enim plerique, vel supra veteres, eximi. Sed in euoluendis antiquis teritur via securior.

Qui maxime inter veteres imitandi, obiter notantur.

CAPUT XIV.

Quid singu- **T**husydides densus, & brevis, & semper

instans sibi, lascivientis orationis luxuriem *li auctores* tanquam falce resecabit. *confessant*

Herodotus dulcis, fulus, & quasi amnis sine *virtute*. salebris iucunditatem alperget.

Xenophon in affectata iucunditas, sed quā nulla affectatio consequi possit, lepore & gratiis verba perfundet.

Plato non lingua solum, verū etiam animi, ac virtutis Magister, dictis afferet maiestatem.

Aristoteles, doctus acer, acutus, nero, & iudicium conferet.

Socrates nitidus, & compitus, dicendi vene- res instillabit, & structurā orationis numeris, quasi pictis alarotis, vermiculatam distinguet.

Demosthenes, quo nec grauior vis quam, nec temperatior, vim, iudicium, lacertos, temperi- em largietur.

Philo, *Platonis* amplus, in sensibus, & verbis, amplitudinem, atque admirabilitatem.

Josephus antiquitatum Iudaicarum scriptor characterem virilem, accuratam iudicij limam, & vbi vult oratorem agere, autem sententia- rum, & verborum flumen.

Dio Chrysostomus, Cornu est quoddam (vt aiunt) Amaltheæ, ita dicendi vchemeria, vbetate, & varietate præstat. Siquidem Platonem, & Demosthenem sequutus, candore quodam, ac contorta simplicitate responderet, vritat Philostratus, *κερατης αι μαγαρης τοιοφρανοις παρογχη*. Ut organis asséhant tibiae, sic ille magnis istis Heroibus, elegantibus modulis accedit.

In eo excellens affectuum temperatio, vi- brata acris enthyemata, exemplorum copia, ac plerunque ad exhilarandam orationem fa- bulæ, narrationesque intertextæ. Compositio, vt Philosophum decebat, nihil habet, aut sublimitatis ostentandæ, aut captandæ iucundi- tatis gratia innouatum.

Plintarchus, nunquam sati laudatus auctor, non inanem dictioñis fucum, & pueriles cala- mistros, sed magnum iudicij in differendo lu- men, dispositionis accuratam rationem, & op- timarum reum ingentem syluam legentibus suggerit. Is vero est Oceanus.

Ez οὐτε τεῖνες ὠραῖαι, *χωρα* δα- λασσα,

Kai ταῖς τεῖναις, & quod Agathius scholasticus, de eo scripsit, εὐχουσι τι. Nullus ad innutriendum stylum vbetior est, aut opulentior.

Dionysius Halicarnassus, qui tam lubenter

R. Censo.

Photius in
bibliotheca.

Syne. in

Dione. Ion.

in Omphale

Majella,

seu

Mayadiv

tibiam ve-

eat, teste

Didyma.

Censor agit in Criticis, à Photio ita cœletur, θεοφάνια χρήση φαντασία, χρήση το στοιχεῖον, αγκός το πολύων, το λόγον εἰδιάζομενον. οὐ κατὰ μέτρον, οὐ ποστιγμένον είναι το γράπειν, οὐ το φρεσέας ποιεῖ, οὐ δέ εἰς τὸ αχαρικόν οὐ ληρόν έπειτα: Stylus eius arque dictio nouatorem sapit, & verò per insuetam vulgè viam, orationem impellit. At terum singularium minuta explicatio, & sensus illi quādam simplicitatem affert, & ne ad inerat atque asperum sermonem abripiatur, verat.

Videtur mihi sane author bonus, sed qui plus habeat, ut appareret, scribedo, moros eloquentiæ quam felicitatis.

Arianus magnifice se admodum sentit, ne dicam arroganter, his verbis: οὐκαποξώσεις

έμαυτον φραγῆς κατατίτειν τον άνθρωπον τὸ

Αλεξανδρεῖον ήρασίς τὸν ταῦτα διερέμαυτον
γιγνόσκει, τὸν μὲν οὐκανθοῦνταν θεόματα αγαγόντας,
&c.

Alexandrum dignum prædicat, qui res tantas gereret, si, qui scriptis illustraret, addit: (Quisquis verò hūi, qui ita de me sentiat, nomen quidem adscribere nihil attinet: neque enim obscurum inter mortales est). Quem non deterreat haec arrogantia? Certe Photij iudicio, exilis est, & patum ad styli opulentiam conferre potest; floruit Antoninorum temporibus, consulari etiam functus; ex quo tanti spiritu hominis effervescunt.

Herodianus longè præstantior est. Nam eius dictio suavis est, atque pellucens: vocibus autem rititur temperatis, neque supra modum Atticis; quo sit, ut neque natuam sermonis gratiam corrumpat, nec in contemptam degeneret exilitatem. In historia verò, nec superua caneis tumet, nec omittit necessaria omnino: Photij iudicio omnibus historiæ virtutibus paucis cedit.

Lucianus, quod ad stylum arinet, longè opimus est: Λέγε έντονει το χρυσα, καὶ τῷ λιπαλεκῷ διαπεπούτη, καὶ ερκετῷ, ut notat Photius. Dictio eius illustris, propria, efficax. Distinctionis ad hæc, arque puritatis, & que, ut perluciditatis, & aptæ magnitudinis, si quis alius, perstudiosus est, compositionem quoque & structuram orationis tanta dexteritate concinnat, ut lector credit se non orationes legere, sed iucundum aliquod carmen suis auribus instillari. Verū in istis, & similibus authoribus non tanti debet esse lingua puritas,

ut ex eorumlectione puritatis animi patiamur dispensandum. Quid enim inerius, quam lingua excoleles, mentem, quæ sola diuina est, negligeat?

Heliodus ipso in scriptor, habet summam fine affectatione simplicitatem, atque luciditatem, magnam in narrationibus suavitatem, periodos contortulas, & elegantes ad summum torus est in eo genere melleus; sed quid iuuat Theagenis & Charilex amores legere, in rerum velo coelestem amore frigescere? fatis constat, huic librum grauissimo consilio displicuisse: Authore Epilopum fulle aiunt, id est à patribus Orthodoxis dignitate priuatum; hoc rameum Photius non alleuerat, sed dubitanter dicit, τοτε οὐ καὶ βητοποτα τοχεῖν, ἀγρόματος φασιν.

Philokratius à Photio dicitur. τὸν φρεσίν σφήν, ἐπίχαριτον ἡ ἀροριστή, καὶ βρύσιν γλυκύτητος, καὶ τῷ ἀρχαίτη, καὶ τοῖς καυνοτριπτέροις: τὸν πατρίδιον ιουφλοιμονάρτος, stylo aperto, gratiose, conciso, dulcedine & gracie affluens, sed qui, ut sophista, ex affectatione verbisque, tum priscis temis nouis, laudem querat suavitatis.

Eius Apollonius non est legendus, sine antidoto Eusebij aduersus Hieroclem: & aperte Federicus Morellus, vir egregie doctus, utrumque excludi curauit.

Aphthonius Sophista, & scribendi argumento, & styli elegantiæ, virore, delicijs mirificè delectat: sed torus est ad palestræ uitorem potius quam ad ciuilem orationem factus.

Eunapius, impiorum laudator, piorum vero Imperatorum, sicut & Zosimus, insectator, dictione sati est ornatus, nec non compositione, ac que structura orationis, cultus: hæc tamē qua affectat, ἀλεξανδρεῖον, ελεφαντοβέρον, καὶ τὸν φρέσιν συνδέσον, & reliqua similia, Photio non placent.

Aristides, cuius & nunc extant varia orationes, Photio iudicio, καὶ διάλογος habet, καὶ διατάκτε: non modò elaboratam præfert orationem, sed quæ vim etiam dicendi habeat.

Themistius est τὸν φραστὸν σφήν, καὶ περιτοῦ, καὶ αὐθρός, καὶ λέξεις πολιτικῶς, καὶ τὸ σεμνὸν διεκλινθσας, κράμαδης.

Sermo, inquit Photius, illi apertus, superuacaneis carens, ac floridus. Verba à cōmuni vīsu discedunt, inclinant tamen in grauitatē:

qua

quæ laus est eximij oratoris, & certè ab eloquentiæ præstantia nomen εὐρεῖς: nactus est, huius orationes è Græco vertit Dionysius Perseicus noster, vir de græcis literis perbendit meritus.

Libanius, inter cuius sui sophistæ florentissimus exitit, & Iuliano eximè dilectus. Regula enim, & norma fuit sermonis Attici, κανόνις, σάδη μαλάχον Αττίκη. Verum, dum nimis diligens, ac curiosus esse studet, quod est umbratibus istis fatale vitium, pérspé orationis gratiam, ac venustatem oblituram corripit, & affectatione figurarum in multa frigida delabitur, quod notavit D. Chrysostomus, eius intempestivus affectus irridens, in oratione d' saeculo Babyla martyre.

Iulianus: quoque Cæsar affectus nomen eloquètis, natura, & arte satis ad id instructus: Atque in eo Libanio præceptoris suo valde affinis est, quod Atticam dictionem, & minimè ruminat habet. Verum in orationibus nimis olera videris scholam, & vulgaria-Rhetorum præcepta, quæ sanctè admodum obseruat. Id ed. in multis lento, & tardi plenus fastidium patit. Melius sibi consoluisset, si auctor potius pietati, quam Græculorum sophistarum nugis studuisse.

In latinis vnuis est *Ciceron*, qui certissimus dux ad eloquentiam esse possit, quem idè adolescentum mentibus instillari, quam studiosissime oportet, antequam prægestiens curiositas in alias se, atque aliam subinde lectionem efficerat. Sed nimis in hac re sunt iniqui Censores, qui ceteros latinitatis authores, eosq; egregios quasi numeros censent, & de republica literaria turbabos, dū vnius laudibus plenius, quam par est, velificantur. Fatendum est enim, multa à Cicerone scripta fuisse, quæ pro ratione rerum, temporum, aurum placuerat, quæ omnia, si vbique ducantur in imitationem, non sunt idem pondus habitura. Quis enim cum ferat, qui apud homines negotiosos, & dilectorum, apud aures terum potius auidas, quam verborum lentam, otiosam rationem, longosque verborum, & periodorum tractus

Quintil. 1.
IO. c. II.
Quintilianus, & ita se Ciceronianum puter? Omnia quicquid alteri simile est, necesse est minus sit eo, quod imitatur, ut umbra corporis, ut imago facie, & actus histriorum veris affectibus. Quod in orationibus euenit. Nam que ijs, quæ in exemplum assumimus, sibest natura, & vera vis. Contra omnis imitatio facta est, & ad alienum propositū commodatur.

Ex quo sit, ut quis se vni, vel etiam Ciceroni omnium principi totos addixerunt, maximè ab eius perfectione, ipsius imitationis natura, ita ferente discendant, & otiosi, atque supini, si quid modo longius circumducant, sanctè affirmant Ciceronem, ita loqueturum fuisse, quæ tamen languida sunt necessario, cum neque vim, neque genium aliquem oratoris, qui in imitatores & que transfundit vix potest, habeant.

Peccant igitur, qui vnum tantum sibi imitandum proponunt, cum pérfectio ex multorū ingeniorū veluti tempore confurgat. Dion ille, quem cornū Amaltheæ nominatum dirimus, aureus orator appellatus, quod Platonē, & Demosthenem summa dexteritate miscuit. Benè igitur faciunt, qui postquam a tenero Cicerone apprimè imbuti sunt, iam confirmatio iudicio, alios cum delectu legunt, quorum gemmis Tullij purpuram illuminant. Inter hos primus occurrit:

Sallustius natus auctor, & minimè otiosus, acer, velox, gratis, sententious, pressus verbis, rebus affluens, sensibus diues, & sublimis, qui licet floridam illam styli amoenitatem, & lenitatem, atque æquabilis tenore fluentem, orationis ambitum non habeat, potest tamen minimum in modum, dictionis laguorem corroborare, illique vim, & aculeos, quibus virilius cœcitatæ vibretur, addere: in eo pleraque duriscula sunt, pleraque austera, & quæ Thucydide sapient, quæ non sunt omnibus imitanda, sed ipse hoc dicendi genus sectatus est.

Cæsar, lenissimo amni kmilis fluit, multus in ea virtute, quam Hermogenes *de pœnitencia* nominat, nos styli puritatem, perspicuitatemque dicimus; Apparet in eo mira naturæ, atque ingenij felicitas, candor, facilitas. Nihil deterrutum, nihil affectatum, nihil pterile, minus ornamentorum habet, sed & minus ineptiarum, in eo genere, quod tractat, prudens est, & fœlix, ad exemplar conformatio[n]emque historici styli perutilis. Qui vitæ si foris vacasset, codice vigore dixisset, quo bellauit.

Titus Livius lacteum flumen orationis fundit, de quo præclarè Quintilianus. Est (inquit) in narrando mira iucunditatis, clarissimumque candoris, tum in concionibus, supra quam narrari potest, eloquens. Ita dicuntur omnia cum rebus, tum personis accommodata. Sed affectus quidem, præcipue eos, qui sunt dulciores, nemo historicorum commendauit magis, ab eodem cū Herodoto comparatur, mihi

hi tamen plus hic suavitatis, ille plus gravitatis, & splendoris habere videtur.

Plinius Maior, eti totus in res fertur, dicendi tamen, ut appareat, in multis gravitatem, vi-
gorem, acumenque habuit. Sed non est ybi quod sui similes, pleraque cum acutè sunt, & rotundè dicit, alia nimis exiliter concisa, & quæ aures non implent, multa subobscura, quæ nimis celeritate animum, intelligentiamque trans-
uolent, nonnulla neglecta, & inulta. Plinium desiderare videntur in Plinio. Est tamen ad verborum proprietatem, & in ipsius longè vni-
lissimus.

Seneca parem ingenio non habuit, & admittandus potius videatur, quam laudandus. Is cum eo tempore floraret, quo iam verbo illo po-
riodorum ambitu aures fatigatae, res, senten-
tias, & acumina desiderabant, ad eum stylum animum adiecit, qui isto seculo fermè place-
bat omnibus, eloquentia iam è rostis ad prin-
cipiū aulas, & basilicas translata. **Fabius Quintilianus**, qui eodem tempore floruit, & ad Domitiani usque tempora Senecæ superuixit, cum eundem videret passim apud principes viros, nobilissimorumque iuuenes, ingenij laudibus flo-
rentem, illi, quamquam moderatè, pro ingenij
candore succuluit, & contrarium stylum, qui plus libubritas, & disciplina veteris, minus admirabilitatis habet, retinet, Senecam in
institutionibus oratoris non nihil sugillat.

Fabiol. 10.5. Sic igitur ille. Ex industria Senecam in omni genere eloquentiae veratum distali, propter vulgaram falso de me opinionem, qua damnare eum & iniurium quoque habere sum. **Quintil. de Iudicium.** Quod accidit mihi, dum corruptum, & Seneca parum omnibus vitis fractum dicendi genus, reuocare ad superiora judicia contendit. Tum autem fecerit hic in manibus adolescentum fuit. Quem non equidem omnino conabar excutere, sed posterioribus præfetti non sinebam, quos ille non detinuerat incedere, cum diversi conscius generis placere se in dicendo posse. ijs, quibus illi placerent, diffidet. Amabant autem magis, quam imitabantur, tantumque ab illo de-
fuebant, quantum ille ab antiquis descendet, forsan enim oprandum, pares, aut saltem proximos illi vito fieri.

Sed placet ut prioriter sola virtus, & ad ea se quisque dirigebar effugenda, quæ poterat de-
sinet cum le lactaret, eodem modo dicere Senecam, infamabat. **Quintil. de Iudicium.** Significat omnibus sui ævi Romanis sapientia, & eruditatem præstuisse. Hæc cōtra Quintilianum, & Aulum Gellium, qui libro 12.

cognitio, in quo tamen aliquando ab ijs, quibus inquirenda quædam mandabat, deceptus est.

Multæ in eo, claraeque sententiae, multa etiam morum gratia legenda, sed in eloquendo corrupta pleraque, atque eò pernicioſissima, quod abundant dulcibus vitis. Velles eum in-
genio suo dixisse, alieno iudicio. Nam si aliqua contempñisset, si parum concupisset, si non omnia sua amasset, si rerum pondera minutissimis sententijs non fregisset, confusu potius eruditorum, quam puerorum amore comproba-
retur.

Apparet in **Senecam** Quintilianus paulo iniquior, qui licet videatur cum commendare laudibus, plurimum tamen deterrit, ut faciunt, qui honestius obrectare solent, dum laudes maledictis compeniantur.

Objecebat admirationem sui, contemptum **Defensio Suetonii** aliorum: de quo nihil attinet dicere. **Quales neca.** eam fuerint Senecæ mores, vita laudatissime acta, & glorioſus pro veritate exitus declarauit.

De stylo tantum loquor, quod minutissimis sententijs rerum pondera fregerit, quam sit invicuum omnes vident, qui neminem sententijs graniorem agnoscunt, quod eius eloquio in plerisque corrupta, & pernicioſissima sit. (ita enim loquitur) nimis intemperanter dictū. Erat enim latinitatis peritissimus, sed quia stylum, pro rerum, & temporum statu, alienum à Rhetorum schola in multis affectauit, non ideo dicendus est pernicioſissime loqui, nisi apud eos, qui suo ingenio, & stylo omnes metiti volunt. Addit, a pueros tantum amari, quod manifesta calumnia est. Num verò puer L. Iunius Noderatus, qui eius temporibus floruit, & eundem virum excellens ingenij, atque doctrinæ nominat, num Plinius maior, qui lux ævo **Principem eruditissimum non veritus est appellare?** Num Suetonius qui eundem maximè omnibus placuisse, soli Caligulae, cui nihil boni placebat poterat, propter singularem in- **Suet. in** genij perueritatem, displicuisse? Num puer **Cal. 43.** Fronto, qui Senecam ijs assertus auræ scula reformare, & Deos ab humano genere exulan- **Agell. 1.12.** tes, eius opera reuocatos, hominibus con-tracta societate, miseri? Num Dion, qui **Dio 49.** pœnæ τοὺς καὶ ταῦτα στίγματα. Significat omnibus sui ævi Romanis sapien- **ε. 2.** tia, & eruditatem præstuisse. Hæc cōtra Quintilianum, & Aulum Gellium, qui libro 12.

Nocti...

Noctium Atticarum Senecæ intemperanter n[on] adedit; grauissimi authores censuerunt, & ceuenter omnes viri cordati, qui hoc potissimum authore delectantur, quorum authoritati debebat potius Erasmus acquiescere; quā tam antiquum, tam grauem authorem nouis dicteris inceſtare.

Iulius Maximus, ut *Ægyptus Homericæ*, bonis, & malis mixtus est: In plerisque enim est acutus, & subtilis, quod maximè vult vide-ri; in plerisque durus, subobscurus, & ad plebeium sermonem abieetus, à puritate, & candore latini sermonis longius discedit. Est tamē in eo iucunda, tot historiarum quasi florū congesta varietas, & breuitas narrationum, a cum inib[us] sententiārum, non raro tam apte aspera, ut nihil videatur amoenius.

Cornelius Tacitus totus ad grauitatem factus est, vir acris (ut appareat) ingenij, iudicijq[ue] limatisissimi, qui tantum à fuso, & calamistris puerilibus discedit, quantum sensuum amplitudine, & orationis granditate assurgit. Viris aptior est, quam pueris, & ad iudicium conformandum, quam ad alendam orationis copiam, quam in adolescentibus requiritur, accommodatior. Pleraque in eius structura suspenſa sunt, concisa, & nimis breuitate conorta, quæ adipacient eloquentia succum non habent.

Florus in alio prorlus genere nitidus, fluens compensis, & ut eius fuit nomen, verè floridus, plus haber palestræ declamatoriz, quam virtutum, & lacertorum.

Quintus Curtius medium quodam iter sequutus, magnam stylū filubritatem consecutus est: Nam ita dilucidè narrat, ut amē sine salebris fluere credas, & tantis præterea veribus orationem perfundit, ut non mediocriter lectores, & amatores suos oblectet. Concio[n]es autem habet, tam argutas, & suaues, ut *Hérodoto*, & *Xenophontē* nihil videtur inferior.

Quintilianus loquitur, ut sentit, in vitroq[ue], paucis exceptis, valde syncerus, ut qui neque verborum nouitatem, atque insolentiam orationis iuueniliter exultat, neque se ad plebeium sermonē exilitate demittit. In hoc genere, quod difficillimum est autem mediocritatem seruare, in grauitate ornatūs, in ornatu grauis.

Ex eius disciplina prodit *Plinius junior* politus, si quisquā alius & suavis, & ornatus, cuius stylū (ut ipse ait) apes cōplere floribus, & innētere videntur. Inuentio in eo genero-

sa, dispositio apta, figurarum lumina concinnae disposita, & venustas quædam orationi perpetua efflorescens. Summam haber laudem in *Traiani Panegyrico*, quem studiosissimè, ut appetat, elaborauit. Mallem tamen interdum in eo breuitati studiuſſer, neque prolixas orationes, quas ipse defendit, tanto pere amaser, ingenio suo velificatus. Certè iucunda ipsa studiosos animos satiaret obruiunt, & summa voluptatis extrema tedium occupat.

Apuleius eleganti procul dubio, & faceta fuit ingenio, sed eo, & Musis, non modò styli insolentis, verū etiam argumenti nouitatis abusus est, author proculdubio cautæ lectio[n]is, & periculose imitationis, maximè quod abundat dulcibus vitijs.

In *Sidonio Apollinari* ingens, ut appareat, ingenij vigor. Stylus talis est, qualem corrupta Gothicis idiomatis sœcula, marcia iam eloquentia laurea ferebant: Omnis ab Articis, & Ciceronianis auribus alienus est. Sed tamen magis ob multas virtutes admirandus, quod præmortua Rōmana facundia hæc scriferit, quam ob temporis vitia accusandus videtur.

Magna *Aurelii Cassiodori* mens, quæ inter hanc Gothicī sœculi barbariem, quasi fidus quoddam eluxit, stylo veniam deprecatur, & facile impetrat.

Ammanus miles Græcus, tantos habet plerunque spiritus, ut quæ hincosa, si liceat ita appellare, latinitate iſcripti placere possint inter vnguentatos: quod de Ennio non inurbane olim Seneca fertur dixisse.

Quod vero ad SS. Patrum eloquentiam attinet, sensus portius in multis, maximè vero in *maxime latini*, quæ stylus, aut verba, legē habet imitationis. Ignoscere tenuitati meæ, Beatae, & luci *sensu porti* dæ sanctorum mentes, neque vos cum cæteris *tius, quam* commisso, neque priuatas laudes muenio, *verba imi* quibus vestrâ illa sanctâ, sublimē, admirandâ *tanda*: portius, quam prædicādam eloquentiā satis ef- ferre possum. Vos inanes sapientiæ fumos con- *Vt, & dig*- templistis: Vos alias meditati eftis laureas, a- *nitas celestis* lios vobis triumphos peperitis; vos omnium *eloquentia*. primi, o sanctissimi, & fortissimi milites, *Egyptum* spoliastis: vos ancillantis facundiz humilitatem calcastis: vos onulentiam omnē veterum, qui ipsi per iniuriam abusi fuerant, in sacros usus concessistis, & contrito Mogo- ris idolo ex eius auro coronam, magnis præ- rea, & lucentibus gemmis illuminatam, com- parasti. Vestrâ pectora, generosæ mentis do-

R. 3. mici-

micilia, indomitos reginæ eloquentia spiri-
tus aluerunt. Vestræ linguae in Spiritus sancti
officina procul sunt; vestra ora, æterni Dei
fistula, cœleste nectar in omnium gentium
aures latiflumè diffuderunt.

Ecquid eloquentia Athanasii robustius, que
Imperatorum furias & frenementis in se pen-
etorius mundi pondus excepit, sustinuit, pro-
digavit?

Qualis & quantus *Gregorius* ille *Naxianez-*
nus, cum cœlestis ingenij pennis subnixus in
arcana Theologiae mysteria penetrat, & quasi
Deus fulminans, tonat e machina? quam acer,
quam velox, quam grauis, & ubique sui simi-
lis, vbi. Apostalam Cœarem æterno mactat
supplicio?

Quis Basilio sanctior, & eloquentior? cuius
vim dicendi admittatus summus, qui tunc inter
Ethnicos cerebat, eloquentia magister Li-
banius, eam pō immortālē anteponit omnibus,
Basiλeov̄ ἔχων πάνταν ὑπερφόρων.

Erat illi vnu pro centum milibus, in elo-
quentia, Basilius: & hæc vir à Basilio religio-
ne disunctus, & Christianis palmis inseparabilis.

Quid Chrysostomus, quo nomine appellari
potest? nisi *Theastrum quoddam dūna eloquentia*,
dicam; in quo Deus abundè videri voluit, quid
posset vir sanctitas cum vi dicendi coniuncta:
Huius suavitatem Antiocheni admirati
sunt, Maiestatem Byzantini suspererunt, vim
Principes & Augustæ timuerunt, omnis se-
culorum coluit & colit memoria.

Quid *Gregorius Nyssenus*, & *Casarius*, num &
ipsi Gregoriorum fato, aureum flumen ora-
tionis fundunt?

Ephrem vero *Syrus*, quasi fax ardens, omniū
animos incendit, atque inflammat.

Clemen *Alexandrinus*, *Cyrillus*, *Theodoreus*,
inter eloquentes summè docti, inter doctos
summè eloquentes.

Gregorius Thaumaturgus, insigpis ubique mi-
saculorum artifex, stylis quoque habet admirabi-
litem.

Synesius nobis Platonem, Demosthenem,
Pindarum, Christiano ore loquentes dedit.
Hilaris sunt ingentes spiritus, Dei, ut appar-
viribus incitati.

At illi suo sanguine purpati Oratores, *In-*
finius, & *Cyprianus*, num tantum præstare fe-
runtur ceteris hominibus dicendo, quantum
homines, ipsi brutis animantibus antecel-
lunt?

Iam vero *Ambrosius* num videtur nectare &

ambrosia innutriens? tam suaves habet tam ar-
gutas plerunque orationis delicias, ut apes,
quæ infantuli cunas & os circunsederunt, cre-
das adiuc in eius labellis sessitate.

Augustinus ad pugnam aprior quād ad pō-
pam, vehemens, acer, subtilis, non puerilis, &
verbosa facundia, sed cœlestis eloquentia
torrens, donum Dñi fecundis doctrinæ riuis
exhilarans, aduetariorum propugnacula pro-
tert atque demolitum.

Hieronymus in omni genere summus artifex,
quas stili diuitias habet: quæ lumina, quos a-
culeos? Dubites de Cœlumne magis an eloquentia
debeas appellare? In *Leoni* labris sedet ma-
iestas, Vis & impetus *Saluianum* stipant, quasi
satellites.

Toti verò doctrinæ, & cœlestis facundia,
plusquam mellitus fauis depluant *Gregorius*
Magnus, & Christo doctore professus Rhetor
Bernardus.

Boethius Seuerini, ut censer Scaliger, ingenium,
eruditio, ars, sapientia, prouocat omnes au-
thores illi, neque dentis sententiarum vene-
rem, neque acumen abstulit cœdorem,

Origenes & *Tertullianus*, et si ab aliorum ho-
ceritate excideant, à dicendi ramen sublimi-
tate non recedunt.

Ad sumnum quibus eloquentia hastis, &
lacertis aduersariorū castra fulminant, *An-
tonius*, *Lactantius*, & qui summa dictionis felici-
tate præditus est, *felix Minutius*?

O fortunata eloquentia fidera, nec vos di-
spicio, nec iudico, nec laudo: sed magis im-
prio labris digito venero!

Quomodo imitandum.

CAP V T XV.

Q uis sit vitiosæ imitationis errores; dictum
est superius; nunc qua ratione imitandum
sit, videamus. Tria ornatio in auctoribus ad
perfectam imitationem spectanda: Inuentio,
Dispositione, & Elocutione; sed, & prius intellige-
da sunt quam in imitationem traducantur; quo
fit ut Rhetores ignavi parum in imitatione &
iudicio proficiant, quod locorum, Enthymem-
atum, & figurarum imperiti, locutiones ta-
tum, & verba congerant.

Inuentio primus est sons, ex quo secunda-
ri oportet ingenia, & plenius irrigari. Hunc
supra certa summi auctores attenderunt, qui
se ex alienis inuentis mirifice locupletarunt.